



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 4. Ventorum vis, & varietas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

amplius eò admittere: immo non mutauit: siquidem ab æterno, vno eodémque proposito, voluit nos iustitia originali ornatos ibi degere, spoliatos, inde in exilium pellere. Seruassemus itaq; locum, si seruassemus conditionem. Amissa gratia, cur expostulemus, si celo mitiore non fruamur, qui celũ ipsum amiseramus? Et quàm molles sum⁹, si aquarum aspergine lædi nos existimemus?

§. I V.

Ventorum vis & varietas.

At in aëre pugnantes variorum nominũ venti fremũt, qui arbores à radice extirpãt; filuas ac nemora prosterunt; classes disijciunt, tecta tegulis exuunt: fenestras perumpunt; domos ac ædificia tota, quin & mœnia vrbiũ, turrẽsque ipsas aliquando euertunt. Vt alia taceam, testatur Herodotus, Prefectos Xerxis, triduana tempestate, 400. nauẽs amisisse. Quid tum? Hæc est potentia DEI, qui, si leuissima exhalatione tantam vim exerit, quid poterit, si ferro & igni, cõtra nos, pugnet? Sed est ventorum insuper ingens vtilitas, maxima necessitas. Sunt enim etiam verriculum & vehiculum nubiuũ atque pluuiarum, in aëre; hominum & nauium in aqua; sunt aëris & aquæ ipsius con-

De ventorum nominibus Aristot. lib. de Mund. c. 2. Plin. li. 2. c. 47. Herod. lib. 7.

S. Chry-

serua-

Iost. in seruatores; nã sine motu corpora ista com-
 Pſal. 134. putrescerent. Sunt laborantium refrigera-
 tio, & æstuantium voluptas. *Nulla propemo-
 dum regio est, qua nō habeat aliquem flatum ex
 se nascentem, & circa se cadentem,* ait Seneca.
 Senec. li. An sine caussa? caussam vnicam è vicinia di-
 s. nat. qq. scamus, de qua vulgatissima est: *Austria ven-
 cap. 18. tosa, aut venenosa.* Alias caussas Seneca recen-
 set, cùm de diductione nubium, & de diui-
 sione imbrium agit. Ait enim *in Italiam Au-
 stler impellit, Aquilo in Africam reicit. Etesia
 non patiuntur, apud nos, nubes consistere: Iidem
 totam Indiam, & Ethiopiam, continuis, per id
 tempus, aquis irrigat. Quid, quòd fruges perci-
 pi nō possunt, nisi flatu superuacua admixta ser-
 uandis ventilarētur, nisi esset, quod segetem ex-
 citaret, & latentem frugem, ruptis velamentis
 suis, que folliculos agricole vocant, adaperiret?*

§. V.

*Ventorum vi, contra Pharaonem, allata
 locusta,*

Extra naturæ ordinem nonnullis Deus
 subinde regionibus, aut terris ventum indu-
 cit, vt cum illo, pro iustis pugnet, Qua in re
 beneficium maximum connectit, cum sup-
 plicio impiorum. Ad hunc modum *extendit*

Exod. 10. *Moyſes virgam, super terram Egypti, & Do-*
 13. *minu*